

ergo illis sine iniuria, & sic hoc sensu negandum est assumptum...

QUESTIO QUARTA.

An ad meritum de condigno requiratur promissio, vel pactum Dei...

87 Hec est precipua conditio, de qua est in Schollis controversia...

88 Hoc promissio tres refertur solent in hac controversia sententiae...

89 Hinc dicunt, quod aliud est, opus esse dignum aliqua mercede...

eterna, quia procedunt ex gratia, quae est semen gloriae...

ARTICULUS PRIMUS.

Ostenditur hanc Quaestionem esse de nomine.

Hec controversia, ut verum fatear, quamvis acerrime in Schollis...

Quando igitur Scotus 1. disp. 17. qu. 2. tum in Scripto Oxoniensi...

fuisse dignum tali premio, sed addit secundum Iustitiam...

92 Hoc idem expressius docuit in Reportatis 1. disp. 17. qu. 2. ubi...

93 Scotistas quoque in hoc eodem sensu puto esse locutos, quod...

pro debito, non sufficit ad hanc condignitatem inducendam...

Denique est etiam quaestio de puro nomine meriti illa, quae...

Ratio est, quia completam rationem meriti exigitur, ut 86...

Quare ad reddendam questionem de nomine breviter dici potest, non esse omnino idem opus esse dignum, atque habere rationem meriti completam siquidem dignitas operis pænet proportionem meriti, atque æqualitatem ad præmium, & mercedem, que dignitas in nostris operibus ex gratia attenditur; meritum autem sub ratione completa meriti ultra hoc respicit præmium, tanquam debitum, & præmiatum, ut debitorem, quod ex solo pacto provenit, unde quando etiam eiusmodi opera seclusa promissionis dicuntur digna vite æternæ, hoc non est intelligendum de dignitate iustitiæ, sed proportionis mediæ ad finem. Cum igitur Vasquez, & alii Auctores secunda sententiæ gratis fateantur obligationem mercedis non haberi, nisi ex promissione præmii, & ordinationem divinam, quarumvis opera nostra antecederent ad eam dicuntur condigna ad præmium, sed purissima questio de nomine meriti, an per id intelligatur tantum debetis valorem operum, ut Vasquez contendit, vel simul etiam mercedis obligationem connotare, negari namque omnino non potest nomen meriti in hoc modo posse accipi, & debere, præsertim cum hic sit sermo de merito apud Deum; iuxta ergo indicatam doctrinam decidenda est questio hæc quæ ut dicebam, maiori parte est de nomine.

ARTICULUS SECUNDUS.

Affertur ex precedenti doctrina deducta.

97 **D**ilectum primò, solum extrinsecam Dei acceptationem actualem, aut solum Dei promissionem, & pactum de premio retribuendo, non dare valorem, aut dignitatem operibus iustorum, quin potius pactum Dei, aut promissio supponit dignitatem, atque valorem operum iustorum in ordine ad vitam æternam, atque idèd rationem meriti de condigno non consistere nec consistere posse ad quæ in sola Dei promissione. Hæc assertio statuitur contra primam sententiam, quam iam diximus esse à mente Scoti alienam; Probatur ex illa parabola de vinea Matth. 20. ut enim supra dicebamus n. 90. non ex eo, quod Patrem filius laborantibus in vinea denarium promissit diurnum, talis conventio, promissio, & acceptatio dignitatem dedit, vel valorem operationum laborum, sed potius illam præsupponebant, ut ex illis colligitur verbiis, *ite & vos in vineam meam, quod in istum fuerit dabo vobis*; igitur de operibus iustorum est pari ratione discurrendum, ut scilicet, promissio, & acceptatio Dei immediate super actum cadens non det illis æternæ vite valorem, sed illum potius præsupponat, & pariter deducendum est, quod sicut in ea parabola dignitas, & valor operis talis ac tantæ mercedis non pendit ex natura laboris ipsius, sed potius ex pacto legali, & taxatione alicuius habentis auctoritatem; sic etiam in proposito dignitas, & valor operis non pendit ex natura ipsius operis, sed ex habituali acceptatione in ipsa gratia inclusa, que tunc non convenit ex natura rei, & physice, sed tantum moraliter, ac in genere doni, & beneficii ex sola ordinatione divina; Quare licet ex hac parabola Recentiores bene deducant acceptationem actualem, & pactum de premio retribuendo supponere condignitatem, & valorem operis ex gratia provenientem; non tamen bene inde deducunt opus meritorium talem habere condignitatem ex natura operis ipsius, aut gratia ex natura rei in genere qualitatris considerate, sed tantum in genere doni, & beneficii, & per acceptationem habitualem illi moraliter convenientem ex sola divina ordinatione.

98 **D**einde probatur ratio, quia opera bona iustorum habere valorem, & condignitatem vite eterne est esse proportionata, æqualia, & commensurata cum illis; sed hoc præcisè non habent ratione alicuius pacti, vel acceptationis immediate cadentis super actum, sed ratione acceptationis habitualis ad actum præviæ, & in ipsa gratia inclusa quatenus est principium actus meritorii, ergo &c. maior patet ex dictis qu. 1. num. 8. declarando, in quo consistat æqualitas hæc meriti condigni ad præmium; Minor probatur, quia impossibile est, quod opus alicuius sit meritorium, & acceptum apud Deum, nisi ipse sit gratus, & acceptus Deus enim primò acceptat personam, & postea opus iuxta illud Genl. *Responxit Dominus ad Habl. & ad munera eius*, quæ ratione qu. præced. art. 2. declarando primam conditionem meriti de condigno ex parte operantis diximus, quod si Deus de potentia absoluta acceptaret actus bonos alicuius existentis in pura natura ut meritorios gloriæ, prius acceptaret personam reddendo illam sibi gratam, & amicum per extrinsecam acceptationem, quam ad actus ab ea procedentes; cum ergo de facto sit homo Deo carus, & amicus per gratiam inherenter, meriti condignitas fundatur super gratiam inherenter, & acceptationem habitualem in ea inclusa, non autem super aliam actualem, ipsam actum immediate respicientem. Tum quia, si ad hoc sufficeret sola acceptatio actualis, & immediate actum respiciens, tunc sequeretur primam gratiam ita cadere sub merito de condigno,

sicut gloria, quod patet esse falsum; consequentia probatur, quia ipse promissit se daturum gratiam se disponentibus ad illam, quare peccator per contritionem se disponens ad gratiam dici debet mereri de condigno gratiam; Tum etiam quia in humanis si Rex alicui promitteret regnum, vel aliud insignis præmium ob paratum, & vilissimum obsequium illi factum, itam dici deberet tale obsequium habere condignitatem, & equalitatem cum tali præmio, illudque meruisse de condigno. Tum tandem quia hæc re vera est intentio Doctoris 1. dist. 17. q. 2. art. 1. etiam iuxta expositionem meliorum Scoticarum ex veteribus; ibi enim expressè docet, ut exponit Orbellus, actum meritorium acceptari à Deo, ut dignum præmio, quia est elicitus à charitate, & quod voluntas sine habitu charitatis potest habere actum dilectionis circa bonum infinitum talis tamen actus non est de condigno meritorius vite æternæ, quia non est elicitus ex inclinatione habitus, secundum quem disposuit Deus ipsum acceptare, & sic etiam loquitur Bassolius 1. dist. 17. q. 1. ergo si actus acceptatur à Deo, ut dignus præmio, quia elicitus à charitate, iam illi dignitas actus supponitur sin ipso antecederet ad divinam acceptationem actualem, cum ex tali dignitate moveatur Deus ad eum acceptandum, nisi illa dignitas est in actu, quia elicitus est à charitate, iam debet attendi pænes acceptationem habitualem in ipsa gratia inclusa, non autem pænes actualem ad actum spectantem.

Respondet Poncius dist. 36. quæst. 4. num. 18. quod aliqua promissio Dei potest facere, ut opus sit meritorium de condigno, & aliqua non, nam promissio, quæ de facto promissit vitam æternam iustis bene operantibus, facit illa opera meritoria de condigno vite æternæ, quæ alias non essent licet meritoria, promissio verò, quæ promittit peccatoribus se convertentibus suam gratiam, non facit, ut opus ipsorum sit licet meritorium, neque promissio, quæ promittit iuris daturum, quod petierit; Quod si queratur ab eo, quam promissio faciat, ut opus alias non meritorium esse tale, Respondet, illam quæ promittit se daturum tanquam mercedem illud, quod promittit, nam eo ipso, quod sic promittit absolute, & simpliciter, figurat est, quod acceptet illa opera, propter quæ promittit, tanquam si habereat æqualitatem cum præmio, ita ipse contentus propter ea sit, non minus esse obligatum ad præmiandum ipsa, quam si haberet talem æqualitatem, & quam si esset obligatus ex iustitia.

Sed hæc responsio deliruit omnino discrimen veteris inter meritum de condigno, & de condigno lupra assignatum quæst. 1. art. 3. dist. 4. pro quo adducere hic placet præclaram ad hoc doctrinam P. Belluti Collegæ mei dist. 7. de incarnatione quæst. 2. ab initio, ubi scribit, quod promissio sit duplex, alia simplex, & absoluta, & est, quæ aliquid promittitur absque aliqua conditione alia est conditionalis, & onerosa, & est, quæ Petro v. g. aliquid promittitur, si talem rem perficit; prima absolute inducit obligationem itam, ac fit; secunda non nisi expleta conditione per promissionem imposita; Hæc autem iustus, est duplex, vel enim est vel conditione, & onerosa alicuius operis requirit solum ex quadam decencia, vel dispositione, & non quia in eo fit valor æquivalens ad rem promissam, & hæc, si sit promissio simplex, solum inducit obligationem fidelitatis quia adimplens illam conditionem non acquirit ius propter paritatem valoris in illo, opere ad rem promissam; Vel est sub onere alicuius operis habitantis valorem æquivalentem ad rem promissam, scilicet mercedem, aut præmium; & talis promissio inducit obligationem ex iustitia, quia adimplens illam conditionem em acquirit ius, ut possit iuste expecere mercedem, & præmium; itaque obligatio ex fidelitate, & iustitia differunt in hoc, quod alia non supponit ius ad rem promissam in persona, cui promittitur; quod patet quia ita persona ante promissionem non habebat ius ad illam rem, aliter fuisset obligatio ante promissionem, nec per promissionem acquirit aliquid ius, quia promissio non dicit donationem, sed puram obligationem in futurum; ergo per promissionem non acquirit ius, aliter esset donatio, si non rei, saltem iuris, quod apud Iuristas pro re prætio æstimabili habetur; at ista promissio, scilicet, inducens obligationem ex iustitia connotat ius ad rem promissam in persona, cui sit promissio; Ita Auctor ille satis egregie, ex qua doctrina in Iure fundatæ itam deducit varietas alate responsionis; quia si Deus promittit mihi gloriam sub conditione alicuius operis, quod alias æquivalentem non habet, nec dignitatem ad tale præmium proportionatam, sed longe inferiorem; si exhibito opere mihi gloriam conferat, nec tale opus dici vera potest meritorium de condigno, neque gloria mihi collata in ratione mercedis, & præmii; probatur hæc consequentia ex doctrina allata, quia ante promissionem non habebam ius ad gloriam, nec per Dei promissionem acquiri ius aliquid ad illam, aliter non esset promissio, sed donatio, si non rei, saltem iuris, quod apud Iuristas pro re prætio æstimabili habetur; implicat ergo puram promissionem facere, ut opus aliquid sit meritorium de condigno, quod ante, illam non habet valorem.

valorem sufficientem ad præmium, quia per eam nullum acquiritur ius in rem promissam, aliter non esset promissio, sed donatio.

101 **D**ices, hunc Auctorem sibi videri contradictorium, & ab alata doctrina recedentem quæ sit, paulo infra n. 22. in solutione secundæ objectionis, in qua cum affum ex se habet intrinsecum valorem differre à condigno, eo quia affum ex se habet intrinsecum valorem præmio æquivalentem; illud vero ex acceptatione divina, & propter ea illud non inducit obligationem ex iustitia, sicut illud. Negat assumptum, quia licet utrumque meritum conveniat in acceptatione in communi, differunt tamen, ut ab acceptatione præcedunt, nam actus meritorius de condigno majorem habet proportionem cum premio propter gratiam habitalem, quam actus meritorius de condigno, qui solum ex se auxilio actualis gratiæ excitantis causatur; & consequenter quibus utroque sit acceptatur, alia tamen est acceptatio huius, & illius, nam meritum de condigno acceptatur, tanquam prævia quædam, & congrua dispositio ad gratiam, ac meritum de condigno, tanquam æquivalens ad gloriam; itaque quidem doctrina cum alata Ponticii solutione videtur coincidere. Respondet non ita esse, imò si rectè intelligatur, hoc idem docet, quod nos supra diximus; inquit enim, quod licet conveniant in acceptatione in communi, ex eo tamen differunt; ut ab acceptatione præcedunt, quod actus de condigno meritorius majorem habet proportionem cum premio propter gratiam habitalem, quam actus meritorius de condigno, quibus verbiis jam factæ acceptationem meriti de condigno supponere dignitatem in actu desumptam ex habituali acceptatione in gratia inclusa, quod non reperitur in merito de condigno, unde potest inferri diversam esse acceptationem unius ab acceptatione alterius, quia unus acceptatur, tanquam dignus, & æquivalens ad gloriam propter gratiam habitalem, non autem alter, quæ responsio longissime distat ab ea Ponticii, qui dicebat unam acceptationem, & promissionem ab alia differre solum, quia per unam promittitur aliquid per modum mercedis, non autem per aliam nullam propter gratiam habitalem mentione facta, tanquam fit ad meritum de condigno nihil proferat conferret; Quando autem negat Bellutus meritum de condigno ex se habere intrinsecum valorem præmio æquivalentem, hoc planè negat in sensu Recentiorum, qui hunc valorem dicunt esse actui intrinsecum, quatenus putant hunc habere ab habitu gratiæ essentialiter considerato, & in genere qualitatis, quod nos negamus, afferentes à gratia talem valorem in actu derivari moraliter tantum, cum hanc vim non habeat ex se physice considerata, sed tantum ex divino beneplacito in genere doni, & beneficii, quia ratione huius valoris quæ in actu ferri debet extrinsecus, & non intrinsecus.

102 **D**icendum secundo juxta duplicem acceptationem jam assignatam num. 91. & 93. valoris, & condignitatis ad præmium, quod si sumatur valor, & condignitas meriti pro æqualitate proportionis, ut loquitur Doctor 4. dist. 45. quæst. 4. in fine, inter opus meritorium, & mercedem gloriæ, ita scilicet, quod opus esse meritorium de condigno gloriæ sit esse talis, tanquam valoris, cui quatenus remunerabilis correspondeat gloria, ut proprii, & commensuratum meriti commensuratione proportionis, & non quantitatris sic dici potest hominem iustum ex solo valore suorum operum mereri vitam æternam, & in hoc sensu secundæ sententiæ admitti potest, ac debet; At si sumatur meritum condignum, ut importans debitum aliquid, vel obligationem ex parte Dei ad retributionem mercedis, & secundum aliquem iustitiam modum in hoc sensu non consistit meritum in solo valore nostrorum operum, etiam quatenus sunt ab homine iusto, & ex gratia procedunt, facta alia ordinatione, & promissione Dei; Hæc conclusio duas habet partes, & quod utramque latius consistere potest ex varia, ac multiplici acceptatione condignitatis, & meriti assignata n. 92. & 95. ad uberiorem tamen doctrinam placet adhuc eam probare quoad singulas partes.

103 **Q**uoad primam quidem partem probatur, quia Scriptura, Patres, & Concilia vitam æternam appellat mercedem, coronam, præmium, atque stipendium meritorum; & insuper dicunt hanc iustis retribui ex vi divine iustitiæ pro bonis operibus, ut legitur 2. ad Thimot. 4. *bonum certamen certavi* &c. sed merces, & corona supponit æquivalentem valoris, & condignitatis ad præmium in opere, & labore, & iustitia postulat æquivalentem inter opus, & mercedem, rem, & præmium; ergo verè merita nostra, quatenus procedunt ab homine iusto, & ex inclinatione gratiæ æquivalentem habent, & proportionem valoris ad præmium vite æternæ ea sola habituali acceptatione in gratia inclusa si ceteræ adfint conditiones, seclusa quacunque alia actuali acceptatione superaddita de premio retribuendo.

Confirmatur ex differentia superius assignata inter meritum de condigno, & de condigno, siquidem etiam in merito de condigno est aliquid se tenens ex parte operantis, quamvis non sit æquale præmio, & in eo etiam potest intervenire divina pro-

missio; ergo vox ipsa condignitatis, quæ distinguit meritum de condigno à merito de condigno, clarè significat æquivalentiam, & proportionem inter opus, & præmium, qualis non reperitur in merito de condigno, etiam antecederet ad quamcumque aliam promissionem de premio retribuendo; in hoc enim præsertim consistit dignitas meriti, quod actus meritorius habeat æquivalentem valoris in ordine ad mercedem. Denique gratia sanctificans consistendo hominem filii Dei adoptivum, coarctare eis aliquid ad vitam æternam, tanquam ad hereditatem participandam; ergo pariter opus meritorium valore in se habens ab eadè gratia modo supra explicato n. 80. tribuit aliquid ius homini iusto ad eandem gloriam, tanquam ad mercedem operibus promeritam.

Respondet Poncius opus hominis etiam iusti non habere æquivalentem cum premio vite æternæ abque promissione, & pacto, quia secundum longe meliorem sententiam non sumus filii Dei per gratiæ abque acceptatione Dei, quæ dicitur habitualis in ipsa gratia inclusa, unde ratio ad adjuctæ fallum supponunt, nempe gratia in sanctificans ex natura sua abque promissione, & acceptatione divina; tum quia quando gratia sanctificaret ex natura sua, aut ex beneplacito divino, adhuc opus ex gratia procedens æquivalentem cum premio vite æternæ habere non potest, quia tunc ille est adhuc inferior longe conditionis, quam fit vita æterna consistens in visione, & fruitione beatificæ, tum quoad naturam specificam, tum quoad durationem, ut patet, quare ad æquivalentem habendam necessaria est alia nova promissio superaddita, quæ promittit tali actu ex gratia procedenti se daturum vitam æternam, tanquam mercedem, & cum acceptatur, tanquam si ex se habere talem æquivalentem, & valorem.

Hæc responsio aliquid veri, & aliquid falsi continet; verum quidem dicit, quod non sumus filii Dei per gratiam abque acceptatione Dei in ipsa gratia inclusa, & quod gratia hominem non sanctificat ex natura rei, & physice, sed tantum moraliter, ac in genere doni, & beneficii; atque idèd falsum est hoc capite evitari non posse, quod æqualitas, & condignitas actus ad præmium non habeatur dependenter saltem à tali acceptatione habituali in ipsa gratia inclusa; hoc inquam, totum verum est, & habent in hoc assertores acceptationem non sufficere, ut actus ex gratia hanc habitalem habere æquivalentem, & sufficientem proportionem ad præmium vite æternæ, sed necessariam esse novam, & superadditam acceptationem in mediæ super actum cadentem, ut talem verè dicatur habere cum premio æquivalentem. Hoc enim in primis ab ipso optimè duplicem assignatæ promissionem, & acceptationem divinam ad meritum intervenientem, unam habitualem in ipsa gratia inclusa, aliam verò actualem super actum ipsum immediate cadentem, ut dixi n. 90. subdit statim ad veritatem asserti Scoticarum, quod nempe requiritur promissio, & acceptatio divina ad meritum de condigno vite eterne, sufficere quod requireretur ad meritum acceptatio ipsius, atque ex his duobus modis, & partem referre, quo modo ex illis requireretur. Si ergo res ita se habet, cur potest in progressu questionis adde insulam acceptationem primi generis nempe habitualem in ipsa gratia inclusa, sed esse necessariam quoque aliam actualem superadditam super actum ipsum immediate cadentem hoc sanè ab ipso dici non potest absque manifesta inconsequentia. A nesque necessitas huius superaddite acceptationis, ad inducendum valorem, & condignitatem in actum sufficientem adhuc ab eo convincitur, quod enim inquit actum etiam, ut ex gratia procedentem, esse longe inferioris conditionis tum quoad naturam specificam, tum quoad durationem, hoc locum probat præmium esse maius bonum merito, si realiter, ac entitative spectetur; at hic non est sermo de æqualitate quantitatis, sed proportionis, ut declaratum est qu. 1. art. 2. nu. 8. & seq. Tum quia neque per superadditam acceptationem à Poncio pretentam adhuc actus fit æquivalens, sed remanet adhuc in illa sua inferioritate, & iniquitate, quod entitative cum prius habeat; Quæmodum ergo ad obtinendam alia dona reperiiri potest meritum condignum, & proportionatum premio in quibusdam operibus ita in proposito, quantumvis gloria fit bonum quoddam supereminens, & excellens, potuit dubio procul idem Deus, qui gloriam, ut præmium proponit, ordinare opera tantæ dignitatis, & valoris, tanquamque proportionis ad gloriam, ut hæc opera sine digna secundum æquivalentem valoris ipsa gloria; & ex Scripturis, Patribus, & Conciliis expressè habemus talia esse opera ex inclinatione gratiæ procedentia in homine iusto.

Quoad alteram partem deinde probatur conclusio, quod necesse si sumatur meritum condignum, ut importat debitum, & obligationem aliquam ex parte Dei ad mercedis retributionem secundum aliquem iustitiam modum, non consistit in solo valore nostrorum operum, etiam quatenus procedunt.

cedunt ex gratia, sed necessaria est promissio Dei de premio retribuendo; Hoc enim evidenter deducitur ex parabola adducta Matth. 20. ubi quavis operatorum labor esset de se condignus denario divino, nihilominus necessarium quoque fuit pactum, & promissio Patrisfamilias de illo reddendo, dum dixit, & quod iustum fuerit dabo vobis, quod parabolam ad hoc Christus adduxit, ut intelligeretur, quod quavis iustorum labores sint vita aeterna condigni dignitate ex gratia contracta; ut tamen sint meritorii cum obligatione, & debito Dei de reddendo premio, requiritur pactum, & promissio de illo reddendo, nec sufficit sola operum condignitas; & hoc est, quod inquit Doctor 1. diff. 17. q. 2. LL. talem acceptationem requiri ad completam rationem meriti, & ut sit dignum premio secundum strictam iustitiam, ut supra explicui n. 9. ut enim ibi dicebam, non est omnino idem, opus esse dignum premio, & habere completam meriti rationem, quia dignitas operis attenditur penes proportionem, aut aequalitatem cum re illa, quae datur, tanquam merces, & premium; ut verum meritum sub completa ratione meriti ultra hoc respicit praemiantem, tanquam debitorem; Quae doctrina est expressae Augustini palm. 109. dicentis, Deus se fecit nobis debitorem, non aliquid a nobis accipiendum, sed tantum nobis promittendum, & sem. 141. post modum promissio Deus debitor factus est bonitate sua, non prerogativa nostrae; ergo Deus esse nobis debitorem solum provenit ex promissione ipsius, & consequenter ad completam rationem meriti hoc exigitur.

107 Deinde probatur etiam ratione, veluti a priori; merces, & premium non solum supponitur in opere meritorio condignitatem valoris, sed etiam proximum ius ad illud, & adversus illum, apud quem persona meretur; sed homo non potest habere ius erga Deum, nec illi ullam obligationem, vel debitum inducere suis operibus, nisi ipse se obliget, & debitorem faciat voluntaria promissione; ergo meritum condignum promissione divina completum, & abique ea esse non potest; maior, quam videtur negare Auctores secunde sententiae, dum ajunt: ad proximum, & completam meriti rationem sufficere, ut sit tantum actio de se condigna premio, est non ulla sit in praemiantem debium, nec in praemiantem proximum ius, probatur ex illo ad Rom. 4. merces non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum, ac etiam ex Trid. sess. 6. cap. 16. ubi meritis opponit mercedem ex promissione debitam, & talem decernit esse gloriam in ordine ad nostra merita; ac etiam ratione suadet, quoniam meritum est ius aliquod ad retributionem, quod debitam facit mercedem, & aliqualem inducit obligationem, ut is, a quo meretur, retribuatur; Minor vero probatur ex summo, & absoluto dominio Dei in nos, & omnes actus nostros, & ob innumeratas cunctas, quibus illi debitor sumus, debito, quod nullis obsequiis solvere possumus; cum enim sit absolutus Dominus omnium actionum nostrarum, & hoc fit illi debite pluribus titulis acceptare, ut alio titulo sibi debitas sine ordine ad aliquod premium, & idem quod ad debitorem se constituerit retributionis, solum provenit ex promissione, ac ordinatione sua.

108 Respondet Vasquez, nullam requiri debitum ad meritum de condigno, sed sufficere solum operis condignitatem ad premium, quam opera ipsa iustorum habent respectu gloriae, hoc ipso, quod a gratia proficiuntur; opus enim esse meritorium nihil aliud est, quam esse dignum mercede, vel premio; cum ergo pactum, aut promissio Dei non requiratur ad operis dignitatem, consequenter nec requiritur ad meritum, sed Contra, nam supradictum est, aliud esse, opus esse condignum, & proportionatum ad premium, & aliud esse illius meritum, quia ad completam rationem meriti requiritur, ut merens habeat ius pro premio praesens cum, apud quem meretur, & unum potest ab alio separari, ut explicatum est consuetudo exemplo de laborante in alterius vinea, cum quo nulla facta est conventio; talis enim labor condignitatem habet ad tantam mercedem, & tamen non est illius de condigno meritorius ex defectu conventionis cum Domino; quare allata solutio convincit solum, quod opera in situ gratiae elicta sint quodammodo meritoria de condigno in actu primo hoc est, quantum sunt ex se proportionata ad tale premium; non autem proxime, ac veluti in actu secundo, nisi accedente divina promissione de premio retribuendo. Confirmatur, quia promissio proximi reddidit ius operis meritorii ad premium aliis de se condigni; ergo, ut ait Doctor, promissio haec, & acceptatio est propria, & per se completiva meriti, consequenter patet, quia meritum formaliter constituitur per ius exigendum praemii, ut constat ex eius definitione tradita quae 1. ergo quicquid perficit, & complet hoc ius in ratione exigentis praemium, consistit ad proprium, & substantiale meriti complementum; & primum vero assumptum probatur, nam strictiori, & proximiori iure, ut loquitur Scotus diff. 17. quae 2. LL. debita est iustis vita aeterna mediante ista promissione, quam sine illa, quoniam ante talem

promissionem opera iustorum non habent ultimum, & proximum ius ad gloriam, sed solum post, quandoquidem ante eam poterat illis gloria simpliciter, & absolute negari absque ulla inconvenienti, non vero post eam.

Respondent proinde alii Thomistae, ut Caietan. & Soto, ad meritum condignum requiri quidem debitum in retribuente, sed ajunt hoc sufficere induci per solum essentialem gratiae ordinationem, atque ideo superfluum esse aliam distinctam ordinationem, & acceptationem ipsius actus, quicquid per eam fieri dicitur, totum salvari possit per habitalem ordinationem in ipsa gratia inclusam, imò dicitur vilificari gratiam, dum ei quodammodo proprius subtrahitur effectus, scilicet, meritum, & ratione ipsius duntaxat debent operibus iusti ex ea elicitis, vel ea imperatis gloriae, nam filio debetur haereditas paterna iure stricto ex solo filiationis titulo, ita quod non nisi iniuste potest privari, cum ergo gratia sola filios Dei sufficienter constituat, seculsa quacunq; alia ordinatione, utique merita conjuncta cum gratia per se Deum obligant ad retributionem absque alia promissione superaddita. Sed Contra quoniam per hunc dicendi modum gratiae non detrahatur, siquidem nec eius valor tollitur, nec opus ex ipsa procedentium quoad aequalitatem dignitatis, neque superflua est alia ordinatio superaddita, quia haec inducit obligationem ex parte Dei, quae ab ipsa habituali gratiae acceptatione haberi non potest, cum haec det tantum valorem sufficientem, & dignitatem operi, & ius duntaxat remunerationis, ac veluti in actu primo ad gloriam, non vero proximum, ac veluti in actu secundo.

Neque valet paritas de haereditate respectu filii, & mercede respectu operis, licet enim illi tantum filio, & ratione filiationis praesens debeat haereditas, non tamen debetur ius operibus ex iustitia haereditas, sub nomine, & titulo mercedis, nisi intercedat alia promissio patris, quae cum gloria ratione gratiae conferenda sit, tanquam haereditas, & ratione meritorum, tanquam merces, licet hoc ipso, quod homo est adoptatus in Filium Dei per gratiam, habeat ius haereditarium ad gloriam, non tamen ius meritorium, nisi addat opera, ac intervenciat promissio, & pactum de premio illi dando. Unde aliud est loqui de merito personae, aliud de merito operis, de quo hic est sermo, & rursus aliud est loqui de vita aeterna, ut est haereditas, aliud ut merces, corona, & bravium, ut haereditas debetur sine ullo pacto merito personae, non merito operis, unde ante omnia opera iure adoptionis illi debetur, & propterea datur infantibus baptizatis sine ullo merito operis decedentibus, nec cum meriti dici possunt, nisi merito personae eo modo, quo meliores civis, & nobilior dicuntur de condigno meriti officia publica distribuentia, ac vero ut filius adoptivus vitam aeternam obtineat, ut mercedem, coronam, & bravium, necessarium ultra meritum personae requiritur quoque meritum operis, quod proprie dicitur meritum, ac etiam promissio, vel pactum ex parte retribuents. Quod ad huc clarius percipere, si coelestis haereditas, ac coelestis bravium essent res iure de distincte, tunc enim omnes intelligerent haereditatem a Deo debere personae in filium adoptatae, etiam si nulla alia extaret promissio ex parte Dei, nec opus ex parte filii, iuxta illud ad Roman. 8. si filii & haereditas, ac bravium debent operibus ex pacto, & promissione iuxta illud Iacob. 1. accipite coronam vitam, quam respromissit Deus diligentibus se.

Conclusio responsalis ad quaesitum.

Dicendum denique tertio, quod sumendo adaequate meritum de condigno, nempe tam quoad aequalitatem valoris, ac dignitatem ex parte operis, quam quoad obligationem ex parte Dei, sit simul constitutum & in ipsa operis dignitate, & in promissione, seu ordinatione divina, & in hoc sensu dixit Scotus promissionem, & acceptationem divinam spectare ad complementum meriti. Haec conclusio est iuxta tertiam sententiam, quae modo est communior in Scholis, ut potest conformari Scripturis, Patribus, & Conciliis, ut constat ex illo Iacobi 1. Beatus vir, qui iussit tibi missionem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitam, quam respromissit Deus diligentibus se; ubi in prioribus verbis indicatur valor, & dignitas nostrorum operum, dum homini Deum diligenti, & per tentationes probato vita aeterna proponitur, tanquam corona in ultimum esse certitudo, & obligatio talis retributionis insinuat, dum promissio adiungitur de hac vita corona tribuenda. Et haec de causa Patres ad explicandam comparationem nostri meriti ad premium, passim adducunt exemplum, & parabolam Patrisfamilias Matth. 20. qui in vineam suam operarios conducit, pactum cum eis faciens, atque promittens se solum spondium reddidit illud nempe quod secundum aequalitatem valoris ex Principis taxatione, vel Republicae aeternam erat diurno labori sufficienter

correspondere; Ex quo colligitur, quod si operari non laborasset, vel Pater familias mercedem non promississet, non fuisset perfecta, & completa ratio meriti quoad dignitatem operis, & obligationem mercedis; quia sicut inter homines non est ratio mercedis sine pacto, ita quoque res se habet inter homines, & Deum quoad meritum.

112 Resp. Vasquez diff. 2. 1. 4. 1. 2. & cum eo Turrian. cit. dub. 3. meritum inter homines duobus modis dici altero in materia iustitiae, quando est labor dignus premio, & hoc meritum potius habet rationem contractus, & requirit pactum, sive voluntatem contrahendi, ut patet in parabola de conventionem Patrisfamilias cum operariis conductis; altero, ut proprie dicit meritum, non in materia iustitiae, sed ut dicit opus dignum gloria, & laude, & est passio actionis studiosae; & hoc potest esse inter homines sine promissione, sicut si miles egregium aliquid opus faciat in bello, condigne potest mereri aliquid a Principe, etiam si nulla praesertim promissio; Hinc deducit ius meriti esse diversi generis à iure promissionis, quia ius meriti est ius studiosae actionis, ius vero promissionis est ius exigendi praemium; unde quando nostris meritis additur promissio de gloria retribuenda, additur quidem novum ius, sed diversum à iure, quod merita ipsa habent in ratione actionis studiosae ac proinde non complet illa sub ratione iuris meritorii formaliter, hoc enim est aequè perfectum sine promissione, & cum promissione.

113 Sed contra, quia quamvis meritum ius habeat actionis studiosae, non tamen per illud adaequate, & completè constituitur, alioquin omnis actio studiosa in quovis statu facta esset apud Deum meritoria; sed ultra illud habet quoque ius exigendi praemium, & tale ius etiam ad ius rationem spectat, ut constat ex eius definitione, & Vasquez ipse fatetur; cum ergo promissio perficit in merito hoc ius exigendi praemium, quatenus illud reddit proximum praemii exigendum, perficit utique illud, & complete in ratione meriti condigni. Tunc quia ius meriti in premium est secundum retributionem iustitiae ab altero faciendam, & licet non sit necesse, quod reperitur tantum in materia perfecte & rigorose iustitiae, quia inter Deum, & creaturam talis iustitia non intercedit, ut patet quae 1. 2. continetur tamen sub genere iustitiae universaliter sumptae, & reperiri potest in materia iustitiae imperfectae; quare sicut in iustitia, quo magis crederetur debitum in uno, eo crederetur in altero ultra idem genus iustitiae ita quo crederetur debitum mercedis retribuendae, eo crederetur meriti exigenti intra illud idem iustitiae genus, in quo meritum reperitur; quare sicut illud est meritum proprie, & adaequate sumptum posse abique debito reperiri ex parte remunerantis; & idem miles bene meritis in bello ob egregium opus si aliquid ultra spondium consecutus recipit a Principe, hoc utique recipit citra gratitudinem, non titulos iustitiae, nec ad illud habitus ius meritorium completè sumpsum, sed tantum, quantum ex dignitate operis resultat, quae utique ad meriti rationem integrandam concurrat, non tamen adaequate.

114 Deinde hoc idem probatur ex Concilio Trident. sess. 6. cap. 16. cum inquit; Arque ideo debet operantibus proponenda est vita aeterna, & tanquam gratia Filii Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda; Quibus verbis discretè docuit in hac re intervenire, tam valorem, ac dignitatem nostrorum operum, quam gratuitam, & misericordem Dei promissionem.

Respondet Vasquez diff. 2. 1. 4. 1. 2. & cum eo Turrian. vitam aeternam dici gratiam Filii Dei misericorditer promissam, quia merita fuerunt ex gratia, & misericordia Dei ratione gratiae inherentes; Quod vero dicit in secunda parte esse mercedem ex promissione reddendam, non sic est intelligendum, ut veluti vitam aeternam habere rationem mercedis ex promissione, sed quod ex promissione sit fideliter reddenda, ut verba ipsa textus demonstrant; Unde si non esset promissio, vita aeterna reddere condigne, id est, operibus condignis, non tamen fideliter, hoc est, ex fidelitate, quia si non praecedat promissio, non est obligatio fidelitatis. Haec tamen expositionem ad Concilii intentionem non esse sic ostendit, quia in prima parte contextus illius iam dixerat vitam aeternam Filii Dei promissam fuisse, tanquam gratiam, & hoc ratione adnotationis, etiam si nulla opera bona haberent, dammodo in gratia decederent, ut in infantibus contingit post baptismum morientibus; quo supposito dubium esse non poterat, quin effecte fideliter reddenda, unde superfluum omnino fuisset eandem promissionem denuo reperere in secunda parte contextus; Quod igitur Concilium in hac secunda parte insinuat, quod vita aeterna eisdem Dei Filii sit proponenda, non tantum ut haereditas per gratiam adoptionis acquirenda, sed etiam ut merces bene operantibus, vel bonis ipsorum operibus, ex promissione reddenda, ut per hoc innueret mediante Dei promissione, & gloriae mercedis rationem habere, & opera nostra

bona ex gratia elicta per eandem promissionem in ratione meriti perfici, & compleri.

Denique probatur a posteriori, quia si ad completam meriti rationem non requireretur promissio ultra operis condignitatem, non maior esset ratio, cur potius in hoc statu vitae, quam patriae, opera essent meritoria; considerando namque solum operum valorem, & condignitatem, non minus meritoria essent opera Beatorum libera, quam Viatorum, imò magis quia perfectiora sunt istis, dicendum ergo est id eventurum quia, illis deficit pactum de reddenda mercede, non autem istis, & consequenter ad completam meriti rationem requiritur tale pactum. Respondet Turrianus cum Vasquez, hoc non esse defectu promissionis, sed status, quia Beati non sunt in statu vitae, in quo tantum mereri possumus, sed in statu termini, & fruitionis, in quo non est amplius homo in via ad merendum, idque non est extrinseca duntaxat lege, sed ex conditione, & natura ipsa meriti. Sed contra, nam superius num. 83. ostensum est, quod Beati in patria sint extra statum merendi, non esse ex natura rei, sed ex ordinatione divina, & consequenter haec ad complementum meriti necessaria requiritur. Tunc quia id admittendum esset saltem de animabus purgantibus; quamvis enim sint in statu quantum ad assiduationem, & determinationem praemii, non tamen quantum ad actualem consecutionem eius adhuc enim sunt in via ad satisfaciendum pro culpis praeteritis; Imò Beati ipsi quantumvis sint in termino gloriae, quae eis respondet, ut premium, adhuc tamen esse possunt in via respectu ulterioris status gloriae, quia illis respondere possent pro meritis in ipsa patria praestitis; Ac denique saltem id admitti debet de Enoch & Elia, qui novam sunt in termino, nec quantum ad praemii consecutionem, nec quantum ad eius assiduationem, & determinationem eo modo, quo animae in Purgatorio; ergo saltem bona opera istorum meritoria esse deberent, si ad meritum non est necessaria promissio, quod tamen negant quamplures.

ARTICULUS TERTIUS.

Solvuntur Obiectionis prima sententia.

116 IN Oppositum Primum arguunt Auctores primae sententiae probando meritum de condigno pendere ex divina promissione, & acceptatione, nedum quantum ad vim obligandi Deum, sed etiam quantum ad dignitatem, & valorem aequalitatem vitae aeternae arguunt, inquam, ex Scripturis, & Conciliis, nam Paulus Roman. 8. ait non esse condignas huius temporis passiones ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis, quod unum quicquid verum non esset, si in operibus meritoris ex natura sua intrinseca, seclsa promissione divina esset condignitas, & aequalitas proportionis ad vitam aeternam. Deinde arguunt ex Trid. sess. 6. cap. 16. ubi vitam aeternam appellat nostrorum operum mercedem esse ipsius Dei promissionem. Et denique Concilium Provinciale Senonense adhuc clarior loquitur e. 16. dum inquit, & ideoque eadem misericordia bonum unicuique iuxta meritum suorum operum, non absolute condignitate operum, neque enim condigna sunt passiones, &c. sed gratuita magis, ac liberali promissione Dei.

117 Respondet Poncius quoque fateri haec, & similia testimonio urgere quidem contra secundam sententiam à ratione meriti promissionem, & acceptationem divinam penitus excludentem, non tamen contra tertiam, quae eam expulsiat ad meriti complementum, licet non ad operis condignitatem; sufficit enim ad horum locorum veritatem, non posse aliquid meriti completè abique divina acceptatione, & promissione, & consequenter abique liberalitate, & misericordia Dei; unde potius nobis favent, quam officiant, ideoque locum ex Trident. in probationem tertiae conclusionis adduximus; Concilium vero Senonense verbis illis planè negare nullum aliquid dignitatem meritorium quoad valoris aequalitatem, sed tantum quoad independenciam ex Dei promissione, quam promissionem ad meriti complementum omnino requirit, & vocat liberalem, & gratuitam, quatenus potuisset Deus non promittere vitam aeternam nostris bonis operibus, & ex aliis titulis accipiendi abique ulla remuneratione, locus vero ille Pauli Roman. 8. iam explicatus est supra quae 1. num. 10. quo etiam pacto exponendum est Concilium Colonien. tit. de Iustitia, cum inquit, meritum nostrum debent vitam aeternam propter operum ipsorum dignitatem, sed magis quia Deus vitam aeternam gratuitè sit pollicitus vel enim loquitur de operibus nostris, ut a libero arbitrio procedamus vel si loquitur de ipsis etiam ut à gratia condignificatis, ultra talem dignitatem requirit etiam divinam promissionem, & acceptationem ad ultimum, & consummatum meriti complementum modo superius explicato.

118 Secundo arguunt ratione, quia opera non tantum habent, vel habere possunt moralem valorem ex natura sua, sed ex conditionibus sibi intrinsecis, sed etiam ex impositione Principis; ergo

parte hominis, qui meretur, cum enim finis omnes conditione ferui, & mancipia Dei, non possit esse iustitia inter nos, & Deum, nisi ipse liberali conventionem operibus nostris aliqui debitis, etiam nulla merces illis esset reddenda, premium constitueret voluisset. Sed hoc totum nos quoque concedimus, nec probat meritum à divina acceptatione pendere, nisi quoad vim obligandi, & inter nos, & Deum rigorosam iustitiam intercedere non posse. Quarta ratio sumitur ex statu Viatorum, qui requiritur ad merendum. At hæc probat solum ad completam meriti rationem requiri divinam promissionem ultra operis condignitatem, ut constat dictis n. 115. Quinta tandem ratio sumitur à virtute meritorum Christi, nam ius habemus ad æternam hereditatem per gratiam regenerationis, antequam incipiamus bene operari, quare meriti nobis Christus eam hereditatem, dum gratiam regenerationis, & adoptionis promeruit, quod autem voluerit, ut eandem, & nos bonis operibus mereremur, argumentum est amplioris suæ benignitatis, qui non solum vitam æternam nos habere voluit iure hereditatis, sed etiam iure meritorum, quæ ut habemus, ipse etiam dedit. Sed hoc totum nil aliud probat nisi merita nostra, quibus retribuitur gloria, originem ducere ex misericordia, & gratia Dei, quod ultra concedimus, & nemo negat, quam etiam nobis Christi promeruit.

130 Postremo arguunt Scotiz citati ex Scoto 3. dist. 19. q. unic. B ubi loquens de merito Christi, inquit, quod sicut omne aliud à Deo id est bonum, quia à Deo voluitur, non est converso sic meritum Christi tantum bonum erat, pro quanto acceptabatur & id est meritum, quia acceptabatur, non est converso, quia meritum est & bonum, id est acceptatum, ergo formale constitutum meriti totaliter habetur ex sola acceptatione passiva extrinseca divinæ voluntatis. Respondeo, de merito Christi dicemus infra iam verò supra duplicem assignavimus acceptationem, nempe unam habitalem in ipsa gratia inclinata, ut est principium meriti, aliam actualem supra actum ipsum immediate cadentem quando ait Doctor meritum esse tale, quia acceptatum, non vero acceptatum quia merito, loquitur de acceptatione prioris generis, scilicet habituali, ut dictum est n. 79. non autem de acceptatione actuali actum ipsum respicientem, nam in hoc sensu potius dicendum est meritum acceptari, ut dignum premio, quia cilius est actus ex charitate, ut constat ex dictis n. 98.

ARTICULUS QUARTUS.

Argumenti occurritur secundæ sententiæ.

131 Auctores secundæ sententiæ acriter impugnant Scoti sententiam, quasi ipse assererit, quod tota ratio meriti ex promissione, & divina acceptatione proveniat, adeo ut nihil præcederet in actu spectans ad rationem meriti, quod quantum abis a mente Doctoris, satis constat ex dictis; sed præferunt omnium fustissime eam sic intellectam impugnat Valquez. dist. 114. c. 5. & 6. ubi etiam putat acceptationem, quam Scoto postulat ad complementum meriti sensu iam declarato, ad inducendum nempe, non quidem in merito valorem, & condignitatem ad premium, sed solum obligationem, & debitum ex parte Dei pro premio retribuendo, putat, inquam, hanc promissionem a Scoto poni posteriorem ipso merito, illicque advenire iam elicit, quod etiam falsum esse, & omnino à mente Scoti alienum iam demonstratum est; Unde rationes id probantes nobis solvere non incumbit, cum totum hoc concedamus, sed solum ille, quæ directè probant divinam acceptationem, & promissionem nullo modo spectare ad meritum, non tantum ad asserendum illi valorem, & condignitatem, quod nos etiam admittimus, sed nec etiam obligationem, & debitum ex parte Dei retribuentis, tanquam talis obligationis inductio non sit de ratione meriti complete, ac adæquate sumpti, quod nos constanter negamus.

132 Primo, itaque arguunt, quia ad hoc, quod opus sit meritorium vitæ æternæ id solum sufficit, & requiritur, quod sit dignum mercede, & premio; sed opera procedentia ex gratia habent ex se hanc dignitatem, & valorem etiam seclusa promissione, aut acceptatione Dei ergo &c. Maior probatur, quia esse dignum, & mereri videntur finoniam, & id est si opus iusti de se habet valorem, & dignitatem, de se etiam habet mereri tale premium; Minor constat ex dictis, quia gratia in Scripturis dicitur semen, & pignus gloriæ: ergo ipsa sola dat sufficientem equalitatem operibus proportionis, & virtutis ad premium illud.

Resp. ex dictis n. 96. negando maiorem eum eius probatione, quia non sufficit ad completam, & adæquatam meriti rationem, quod opus sit mercede dignum; nam etiam inter homines si quis in alterius obsequium aliquid efficit, quod sit mercede dignum; si tamen alter non promittit, nec pepigit de mercede, non

teneretur ad illam saltem ex iustitia; imo nec etiam ex gratitudine quando homo ille alias teneretur illud facere, ut v.g. si filius erat vel mancipium; tunc enim posset esse opus illud accipere, ut alius titulus sibi deberetur, ut in proposito contingit de operibus iustorum respectu Dei, cuius sunt ferui, & filii; Et ratio est ibidem insinuata, quia dignitas operis attenditur solum pænes proportionem, & equalitatem eius cum premio, quod dignitas in nostris operibus ex gratia provenit alia quacunque promissione seclusa; at opus est meritorium aliquid adit supra hoc, quod est esse mercede dignum, dicit enim actum in alterius obsequium exhibitur esse talis nature, ut possit illum obligare ad premium retribuendum, quod non potest contingere præferri apud Deum, nisi interveniente speciali eius, ac liberali promissione.

Secundo arguunt, quia inter homines non semper requiritur promissio, ut pactum ut unus de condigno apud alium meretur, & illum obligat ex iustitia ad retribuendum; si enim aliquis fodere vineam alterius, aut aliquid fecerit in eius utilitatem, eo ipso sine alia promissione meretur premium apud ipsum, ergo pari ratione inter homines, & Deum. Confirmatur, quia eo ipso, quod dominus vinee iuberet operari operari in illa, si illi laborant, tenebatur solvere denarium abique alia promissione, aut pacto; ergo eadem ratione sufficit, quod Deus iubeat servare suam legem ad hoc, ut iusti, dum servant illam, mereantur mercedem, etiam si Deus non promittit. Respondent aliqui negando maiorem dicentes inter homines etiam non esse completum meritum unius apud alium sine pacto, unde consequenter inquit, quod si quis in alterius vinea laboraret sine pacto, vel præcepto Domini, etiam si opus eius sit stipendio dignum, non teneretur vineæ Dominus illud reddere, nec operarius habere ius proximum, & immediatum ad illud exigendum. Alii vero id negant, & inquit, quod cum homo sit equalis alteri homini, neque illi sit vinculo obligationis, vel saltem tunc vinculo, sicut homo est Deus adstrictus, ad hoc quod meretur apud ipsum, sufficit exhibitio operis in eius obsequium, vel utilitatem, nec est necessaria alia promissio, vel pactum; Unde in casu adducto, inquit, quod etiam seclusa promissione, vel pacto, intelligitur convenientia quedam, ut Dominus vineæ solvat premium pro labore factio in suæ vineæ cultura, ne relinquat laborem sine equali compensatione, & ne constituat inequalitatem inter se, & vilicum, qui laboravit, quæ inequalitas est defectus quidam in materia iustitiæ commutativæ, cuius iustitiæ munus est constituitur equalitatem unius cum alio.

Verum quicquid sit de hoc absolute dicendum est, quod est daremus, quod homo possit esse debitor mercedis, aut stipendii respectu alterius sine pacto, quia unus non habet ius in labore alterius licet videns, & permittens illum in sua vinea laborare, revera censetur acceptare obligationem solutionis, Deus tamen abque pacto, & promissione non potest esse debitor homini, cum infinitos prope titulos habeat in nostras actiones, ut supradictum est, unde est manifesta disparitas Dei, & hominis. Ad confirmationem concedo assumptum quia eo ipso quod Dominus vineæ ita iubeat, facit pactum implicitum cum operariis de iusto premio reddendo, vel mercede, & tenetur ex iustitia eam solvere; adhuc tamen negatur consequentia, quia quamvis Deus præcipiat bene operari iustis, quia tamen ea opera sunt aliis titulis sibi debita, tale præceptum non includit pactum implicitum, aut promissionem de premio reddendo.

Tertio arguunt, quia pactum, quod inducit obligationem iustitiæ debet esse notum, & acceptatum ab eo, cui aliquid ex iustitia retribuendum est, alias liber manet ab obligatione iustitiæ, qui aliquid promittit, nam si Petrus Paulo promittit numerum in premium aliqui obsequii, quamvis Paulus id non novit, aut acceptavit, non tenetur Petrus ex iustitia reddere, at verò sunt multi rudes fideles, & fuerunt ante legem evangelicam, qui neque noverunt, neque audierunt esse hoc pactum aut promissionem Dei, & consequenter multo minus acceptaverunt, & tamen habent, & habuerunt opera meritoria; ergo ad meritum non requiritur pactum. Respondendo negando maiorem quamvis enim aliqui rudes, & idiotæ ignorent, vel ignorent tamen tale pactum clare, & expresse sub nomine pacti, nemo tamen est, qui hoc pactum nesciat saltem implicitè, nam inquit Apostolus, accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quia remuneratur est; & pariter credunt omnes vitam æternam bonis iustorum operibus esse promissam, hancque promissionem acceptare censetur eo ipso, quod bene operatur; & hæc est communis responsio, quæ frustra evectere nititur Turrianus dub. 4. & aliqui etiam ex Aduersariis admittunt.

Quarto arguunt, quia meritum de congruo etiam abque promissione Dei est verè meritum congruum, non enim præcedit promissio Dei, quæ operi aliquid merita congrua Deus conferat aliquid beneficium ergo denominatio meritorii operis non requiritur Dei promissionem, sed habetur ab ipsa congruitate vel

valore operis. Respondeo, quamvis denominatio meritorii operis, ut est communis merito de congruo, & de condigno, à promissione abstraheret, ut nulli velot meritum tamen de condigno competeret, & adæquate sumptum ultra equalitatem, & condignitatem operis includit promissionem, quia pertinet ad materiam iustitiæ perfectæ, vel imperfectæ, unde si desit condignitas, esto adit promissio, remanet tantum meritum de congruo, & illa promissio inducit tantum fidelitatis debitum non iustitiæ; & contra si desit promissio, quamvis adit condignitas, remanet etiam meritum de congruo, nec dei potest in rigore meritum de condigno; ratio est, quia meritum de congruo confertur ex defectu alicuius requisiti ad meritum de condigno, ut notat Suarez cap. 36. ex quo deinde resultant diversæ genera meriti de congruo; nam in peccatore, esto adit divina promissio de danda gratia, si conteratur, quia tamen desit status gratiæ, unde sumitur condignitas, est tantum meritum de congruo; & in iusto, si alicui operi bono desit divina promissio de premio retribuendo, erit pariter opus illud meritum de congruo ex defectu promissionis.

137 Quinto arguunt à simili, quia homo peccator suis culpis meretur penam, etiam si Deus ob suam clementiam illam non promittit, aut comminatus fuisset, quia adhuc de se habent, quantum sufficit, ut moveant Deum ad puniendum; ergo pariter & opera bona iusti essent de meritoria præmii, etiam sine promissione Dei, quia de se habent, quod sufficit, ut moveant Deum ad præmiandum. Respondent communititer concessio antecedente negando consequentiam, ratio disparitatis est inter meritum, & demeritum, quia ad merendum potest non requiritur, quod alius sit debitor ad illum insignidam, neque ut qui peccat habeat jus ad exigendam penam, nam potius ipse, qui peccat, constituitur debitor penæ, ac potest abique aliquo pacto pro peccato ipsum mereri penam, & constituitur debitor penæ, & ius confert Superiori ad illam exigendam; ad completam vero rationem meriti requiritur, quod alius sit debitor, cui illa tribuat ius merenti respectu præmiatis, ut debitoris, cum ergo Deus non sit obligatus, neque debitor respectu hominis, nisi ratione sui pacti, neque eo secluso meritum tribuat aliquis vis homini saltem proximum ad mercedem, ideo dicendum est ad completam meriti rationem hoc pactum requiri. Quod si dicatur etiam teneri Deum præmiare bona opera non minus, quam punire mala. Respondeo secluso pacto non teneri, quia illa sunt ipsius, & ipsi pluribus titulis debita, ut dictum est.

138 Hæc responsio, quamvis veram continet doctrinam, addendum nihilominus est hoc Suarez cap. 18. in fine, quod quoad aliquam legem, vel ordinationem, quæ in penis etiam peccatorum reperitur, aliqua similitudo potest admitti, quia licet peccatum de se sit dignum penæ, tamen ex natura rei non determinat sibi certam speciem, vel modum penæ præferentis sensus; & quoad hoc esse potest necessaria peculiaris ordinatio ex lege Dei taxantis unicuique culpe proprium modum penæ, quæ lege supposita unumquodque peccatum talem penam meretur, & non aliam; Quod satis consonat doctrinæ Scoti dicentis 3. dist. 19. q. un. ad 3. & 4. dist. 50. q. 6. in fine infinitam penam durationem non correspondere peccato mortali ex propria natura, sed ex ordinatione divina, ut dictum est lib. 2. dist. 6. de peccatis n. 195. quæ ratione etiam dixit 4. dist. 1. ad 2. peccatum in actibus humanis solum theologicè, & ex ordinatione divina, non autem in genere moris, vel naturæ, dividit in mortale, & veniale. Iuxta quam doctrinam argumentum propositum potest etiam negari antecedens, quia licet homo ratione peccati de dignum constituitur penæ, scilicet ratione boni constituitur de dignum premio, adhuc tamen completè, & proximè non dicitur penam mereri, nisi posita Dei lege, certam penam statuentis; Quod etiam inde confirmatur, quia de facto damnati multa pariter peccata, quibus sunt nova penæ digni, & tamen non dicitur novam penam mereri defectu divinæ legis novam penam taxantis huiusmodi peccatis.

139 Sextò, si ob aliquam rationem esset necessaria hæc promissio, maxime ut per meritum acquireretur ius iustitiæ, ad premium ex parte merentis, & in præmiante obligatio iustitiæ ad illud reddendum; sed hoc titulo, non solum in merito apud Deum non est necessaria promissio, sed etiam illi repugnat, ergo &c. maior patet, probatur minor, quia talis obligatio non esset sine imperfectione, & quasi subiectione Dei ad creaturam. Confirmatur quia repugnat Deum fieri creaturæ debitorem, cum enim sit supremus omnium Dominus, potest denegare quodcunque bonum suis creaturis, ipsosque beatos annihilare, nulli faciens iniuriam, vel iniustitiam; Tum quia nil accipit à nobis Deus dum bene operatur, nec ei aliquid resultat utilitatis; unde dicebat Job. 35. si iuste exieris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Tum quia aliqui non esset summe liber, & debitor enim, & obligatio quædam inducit necessitatem; Tum demum, quia simplex assertio creaturæ natura sua non inducit debitum & obligationem, per hoc enim distinguitur à promissione; sed

in Deo nulla est promissio præter simplicem assertionem, ergo neque promissio, quæ inducat debitum, & obligatio nem.

Respondeo, his rationibus convictis quodam Theologos res fugere concedere Deum manere obligatum, ac debitorem ipsi homini bene merito, ut Sotus de natura, & gratia cap. 17. & Medina q. 14. art. 3. Verum ut constat ex dictis n. 106. nullum est inconveniens, Deum ex sua liberali promissione nobis fieri debitorem, ita D. Bon. 2. dist. 27. art. 2. q. 9. item loquendi modum etiam Aug. usurpavit psal. 119. & serm. 16. de verbis Apostoli dicens debitor nobis factus est non aliquid à nobis accipiendo, sed quod ei placuit promittendo, quibus verbis innuit, quod quamvis obligatio indicet defectum, & subiectionem in eo, qui obligatur, quando provenit ab extrinseco, sive ab alio imponitur, aliquid ad eo accipiendo, & hoc modo in Deum cadere nequeat; tamen sua se voluntate obligare, nec ullum indicat defectum, nec reddit Deum creaturæ subiectum; quare ratio adducta probat solum Deum per se, & ex natura sua non posse obligari debito proprie dicto, hoc est, ab alio imposito, quia hoc naturam comitatur imperfectam, & quæ Superiorem habet, ex suppositione tamen ipsi voluntaria, ac libera, scilicet, ex pacto & promissione, ex quibus oriri solet debitum fidelitatis, & iustitiæ, non repugnat in Deo condigni debitum, quia hoc non ei imponitur ab alio, quæ ratione dicunt aliqui non manere quidem Deum nobis debitorem, & obligatum, sed solum sibi ipsi, & ita loquendum esse contendunt Medina, & Soto, quæ est sola contentio de nomine, cum enim de re consistit, non debet hic loquendi modus repelli, cum sanum possit habere sensum abque ulla imperfectione ex parte Dei, & usurpetur passim à Patribus.

Ad Confirmationem negatur assumptum; ad primam probationem, verum est utique Deum absolute loquendo, ratione probationis domini posse quodcunque bonum creaturæ denegare, sed hoc ipsum ad eius quoque dominium spectat, ut ex sua ordinationis suppositione possit manere obligatus ad conferendum bonum creaturæ promissum. Ad 2. probationem, quamvis verum sit hominem per opera sua nihil conferre Deo, quod ei sit utile, & intrinsecum, confert tamen aliquid extrinsecum, scilicet, boniorem, gloriam, & obedientiam, quæ maxime illi placet, quod sufficit, ut apud ipsum mereri dicatur; Et quamvis non dicatur aliquid accipere à nobis, quia omnia mille titulis ei debita sunt, potest adhuc manere obligatus, non ex donatione nostra, sed ex promissione sua. Ad tertium negatur assumptum, quia tale debitum non oritur ipso ex aliquo præcepto, sed ex naturali rectitudine, quæ Deum illum veraciter, & talis quicquidque necessitas ex obligatione inducta oritur ex ipsam liberam determinatione voluntatis suæ, & sicut in universum, itane quæ Deus aliquid facere decreverit, non potest non facere ratione suæ immutabilitatis, ita stante sua promissione liberè facta ratione suæ veracitatis non potest non adimplere promissum. Ad quartam quamvis simplex hominis assertio debitum naturale non inducat, tamen assertio divina illud includit eisdem rationis, quam debet promissionis, quia simplex Dei assertio ratione suæ veracitatis, & immutabilitatis equivaleat promissioni etiam iurata, ut perpetuum verum sit, quod semel asseruit, ex quibus patet obligationem Dei ex voluntaria eius promissione resultantem, nullam dicitur imperfectionem nilque derogare potestati, libertati, & immunitati divine. Et hæc, tota doctrina est Scoti 4. dist. 46. q. 1. in fine, ubi ait, quod Deus non est simpliciter debitor, nisi bonitati suæ, ut diligat eam, creaturis autem est tantum debitor ex liberalitate sua.

Septimò obiicitur plura absurda, quæ ex nostra sententiâ, videntur sequi in meritis Christi Domini; Primum namque sequeretur Christum indiguissimè tali promissione, ut de condigno nobis mereretur remissionem peccatorum, & restitutionem iustitiæ peccato. Adami amissæ quod est falsum. Secundò sequeretur Christum meruisse nobis non solum gratiam adoptionis, sed etiam ut Deus haberet huiusmodi promissionem, quæ redderetur opera nostra ipsi accepta. Tertio, non fuisse condigne meritum gratiam antiquis Patribus, quia hæc fuit illis data antequam Christo fieret ulla promissio de ea danda. Quarto, valdus fuisse peccatum ad in ferendam nobis mercedem, quam eius meritum ad reparandam nobis vitam, nam peccatum sine ullo pacto meretur nobis penam æternam, cum tamen Christum meritum, nisi ex pacto, & promissione iustitiam, & gloria nobis promereri deberuit. Quinto opera Christi non fuisse meritoria ex rigore iustitiæ, cum omnino illud premium penderet ex libera, & gratuita Dei promissione. Sextò tandem, meritum eius fuisse finitum, & limitatum, cum Deus solum promiserit pro illo premium finitum, scilicet, dona Angelis, & nobis data, & danda, quæ quid finitum sunt.

Respondeo, etiam ad ipsius Christi meritum, & satisfactionem pactum intervenisse, ac promissionem, ut notant Patres in illud scilicet 3. si posteriori animam suam, videlicet semen langæsum in fuit ergo pactum Dei ad Christum, quod si mereretur pro peccatis, habiturus esset innumeros filios spirituales; unde quamvis opera

opera Christi nulla tali promissione indigerint, ut in se essent condigna eo premio, ac etiam maiore, ea tamen indigerunt, ut Deum obligarent ad nobis tale premium conferendum. Ad 2. dicunt neque illud illatum ullum continere absurdum, si bene intelligatur, quatenus, scilicet, Christus non tantum nobis meruit gratiam adoptionis, quae facit adoptatos sic dignos vitam aeternam, ut si morerentur in tali statu, perducerentur in vitam aeternam, tanquam ad hereditatem ipsi necessarii, vel conaturaliter debitam, sed ultra hoc etiam meruit, quod sic adoptarentur, & redderentur amici, qui eam haberent, ut Deus vellet eis promittere eandem vitam aeternam per modum praemii, & mercedis, eorum opera acceptando tanquam condigna talis praemii. Ad 3. negatur consequentia, gratia enim sanctis Patribus data fuit ob meritum Christi praeviam, & a Deo cum omnibus suis circumstantiis acceptata: Et sic sine dubio potuit Deus habere tale decretum, & promissionem, antequam Christus nasceretur, ita etiam potuit praevide, non solum dignitatem operum Christi, sed etiam pactum. Ad 4. negatur rursus sequela, ad probationem constat ex dictis n. 13. in solutione quinti argumenti: nam iuxta primam solutionem ibi datam, quod peccatum sine pacto meretur poenam, opera vero Christi non habeant rationem completam meriti sine pacto respectu nostrae redemptionis, non provenit ex eo, quod peccatum sit validius, sed ex natura, & differentia meriti respectu poenae ex una parte, & respectu mercedis ex alia, ut ibi declaratum est, iuxta vero aliam solutionem datam n. 137. dicendum est peccatum non ita ex natura sua exigere poenam illam, ut Deus non possit non punire, si velle, quare dicebamus ibi peccatum proxime, & complete poenam non mereri, nisi positi Dei lege sita veniens talem poenam infligere pro tali peccato: sicut e contra neque merita Christi ita exigunt redemptionem nostram, quin Deus possit non redimere non obstantibus Christi meritis; absolute tamen meritis Christi dicendum est validius, & efficacius ad liberandum, quam peccatum ad condemnandum quia meritum Christi, efficax est ad liberationem multorum ratione eximii dignitatis, & valoris, sed dependenter a promissione divina, a poenis debitis peccatis eorum a qualibus nullus autem peccatum actuale est ita efficacax ad mortem multorum, sed tantum unius quod si peccatum originale efficacax fuit ad ruinam multorum, hoc plane non habuit, nisi dependenter a pacto cum Adamo inito a Deo.

144. Ad quintum, nullam vim habet argumentum in nostris principis, iuxta quae gratis concedimus opera Christi meritoria non fuisse de toto rigore iustitiae, ut in se fieri patet, cum inter Christum & Deum propria, & rigorosa iustitia non intercedat: dicitur tamen meritis Christi in hoc sensu potest dici de rigore iustitiae, quia vis dependet ab ea promissione, quia nulla merita possunt habere maiorem iustitiae rigorem, quam Christi merita, quando quidem quaecunque alia merita a tali dependant, ut Pontius advertebat. Sed neque etiam concludit argumentum in principis Adversariorum, non enim merita Christi dicuntur de rigore iustitiae, quia ex se sunt condigna, & nullam requirunt promissionem, quia etiam iustorum opera dicuntur de rigore iustitiae respectu gloriae, eo quod ex se sunt condigna, & nullam requirunt promissionem, quod tamen Vasquez cum suis sectatoribus negat sed dicuntur de rigore iustitiae merita Christi, quia saltem ratione personae, a qua procedebant, non fundabantur in gratia praemiantis, cum nulla gratia facta sit personae, sed tantum naturae humanae Christi meritis; at merita iustorum fundantur in gratia habituali personae merenti gratis collata; quod totum placuit advertebat cum Amico ad invaliditatem argumenti ostendendam ex hoc capite desumpti. Ad ultimum negatur etiam sequela, quia pactum non requiritur ad augendum valorem, vel dignitatem meriti, sed tantum ad iudicandum obligationem in praemiantem, & conferendum ius merenti ad premium exigendum. Quoniam igitur valor, & dignitas operum Christi ex circumstantia personae aliquo modo erat infirmius, ut inferius patebit, hoc de causa meritum Christi dicitur infinitum quantum ad iustitiam, neque id impedit, quod premium, vel merces in effectu finis fuerit, quia non dicitur infinitum ratione praemii consecuti, sed ratione valoris ex circumstantia personae desumpti, ut latius disp. leg.

145. Postremo agunt Thomistae admittentes quidem nobiscum ad meritum condignum completum sumpsum requiri debitum in retribuente, sed dicentes hoc sufficienter induci per solam sententiam gratiae ordinationem, atque ideò aliam acceptationem, vel promissionem superadditam immediate super actum cadentem esse superfluum, cum quicquid per hanc fieri dicitur, totum salvari possit per habituale ordinationem in ipsa gratia essentialiter inclusam: Hoc autem probant, quia gratia habitualis per se sine ulla alia Dei acceptatione, aut promissione reddit nos filios Dei adoptivos, & haereditas vitae aeternae, et ideo pariter opera bona a iusto facta reddunt eum dignum vitam aeternam in ratione mercedis, & praemii probatur consequentia,

quia filio bene operanti stricto iure debetur haereditas, non tantum sub titulo haereditatis, sed etiam sub titulo mercedis, & praemii iustitiae bonorum operum. Conf. quia gratia non est, nisi acceptio ad gloriam iuxta illud Jo. 4. *inquit quam ego habeo, fieri in eo sum vita a saluti in vitam aeternam*, ergo si homo per gratiam est acceptus Deo, superflua est alia acceptatio actus superaddita, quia repugnat personae esse Deo acceptam, & non actum. Denique filio debetur haereditas, si bene se gesserit, etiam si nulla alia conventio inter Patrem, & filium intercedat, sed nos per gratiam Filii Dei sumus, ergo si bene operemur, debetur nobis haereditas vitae aeternae, etiam si nulla conventio, vel promissio intercedat.

146. Respondeo gratiam habituale, sive charitatem non habere ex natura sua, sed ex sola Dei ordinatione vim constituendi aliquid Filium Dei adoptivum, sive haereditem vitae aeternae ex dictis lib. 2. disp. 7. de Iustificatione *quasi*. 1. & similiter actus charitatis ex eadem Dei ordinatione, sive promissione in gratia inclusa, quae dicitur acceptio habitualis, habet vim merendi vitam aeternam, quantum spectat ad valorem, & condignitatem actus cum premio proportionati, sed non quantum spectat ad obligationem, & debitum, quod meritum importat, vel connotat ex parte retribuents, ad hoc enim est necessaria alia acceptio, & promissio ex parte retribuents, quae dicitur actualis, & immediate actum ipsum respicit, & ratio est superius non fere inculcata, quia cum homo sit subditus Deo, tanquam servus, & mancipium sui totali dominio Dei, & tanquam filius, qui totum suum esse habuit a Deo, & deinceps ab ipomet conservatur, estque innumeris beneficiis obligatus, quicquid facit ita Deo debetur, ut inclusa alia promissione Dei nullatenus reddatur Deus debitor ad recompensandum opera hominis alia mercede. Ad Conf. gratia est acceptio ad gloriam, non ex natura rei, ut talis qualitas est, & in genere entis, sed ex ordinatione divina, ac in genere doni, & beneficii, & seclusus operibus est acceptio ad gloriam, & meritum ad haereditatem, non tanquam ad mercedem, & premium ex dictis *num.* 110. opus autem iustum ex hac habituali acceptatione in gratia inclusa habet sufficientem condignitatem, & valorem ad premium, quae inducit in opere ius remotum, ac veluti in actu primo, non tamen proximum, & immediatum, quod inferri debetur, & obligationem ex parte retribuents, sed ad hoc est necessaria alia acceptio actualis superaddita modo iam declarato *num.* 91. & 92. unde loquendo de priori acceptatione utique verum est repugnare personam esse acceptam, & non actum, si est ex inclinatione gratiae elicitis, non autem quoad posteriolem acceptationem. Ad ultimum, filio ratione filiationis, & adoptionis utique debetur vita aeterna sub titulo haereditatis, non tamen sub ratione mercedis, & praemii, nisi opera interveniat, ac etiam nova promissio ex parte retribuents de premio dando quae ex aliis titulis ex se possit accipere ab aliis: alterius mercedis recompensatione, ac proinde est necessaria promissio superaddita, ut ex vi eius fiat praemii debitor.

147. Dices, per gratiam ita Deus acceptat hominem ad gloriam, ac opera eius tanquam tali premio condigna, ut ex vi talis acceptationis se obliget ad eius operum compensanda; ergo frustra additur alia nova, & distincta acceptio, cum sufficiat acceptio in ipsa gratia inclusa. Respondeo negando assumptum, quia per acceptationem habituale in gratia inclusam solum acceptatur persona, ac etiam eius opera, tanquam condigna, hoc est, proportionata ad tale premium; sed ex vitali acceptationis minime se obligat ad aliam compensandam eo premio, quo facta sunt digna ex consortio gratiae, sed ad hoc est obligata specialis promissio, quae dicitur acceptio actualis, & immediate actum respicit. Quod si ex vi prioris acceptationis se obligaret ad opera ipsi compensanda, plane alia acceptio esset omnino superflua. Dices, priorem acceptationem in gratia inclusam, ut est principium meriti, ita statui posse, ut ex vi ipsius non tantum conferatur actui condignitas, & valor aequivalens ad premium, veluti ius remotum, & in actu primo, sed etiam ius proximum, & immediatum, adeoque ex vi ipsius obligetur Deus ad eam actum compensandum tali premio; quod si prior acceptatio in gratia inclusa sic semel declaratur, iam erit omnino superflua posterior; potest autem sic statui prior illa acceptio, si dicamus habentem gratiam habituale sic adoptari, ut non tantum nar amicus, & Filius Dei eam habens; sed quod etiam velle Deus promittere vitam aeternam operibus ex eius inclinatione elicitis, in hoc enim sensu promissio illa, & acceptio operum non est favore distinctus a favore adoptionis. Respondeo sic acceptio habitualis in gratia ipsa inclusa sic explicaretur, plane nulla alia acceptio esset superaddenda; verum rationes omnes superius adductae convincunt ad completam, & proximam rationem meriti de condigno necessariam esse aliam ordinationem, seu promissionem Dei de premio retribuendo distinctam ab ordina-

ordinationem in ipsa gratia inclusa. Tum quia cum gratia vitae, & patrie sint omnino eiusdem rationis, imò prolixius eadem, quia haec nunquam excidit, sequeretur Beatos in patria suis actibus saltem liberis, adhuc mereri, eisque successerit augmentum gloriae conferri; Atque ideo, Scripturae, Concilia, & Patres ita unanimiter explicant acceptationem inclusam, ut ex vi ipsius conferatur tantum actibus ex eius inclinatione elicitis condignitas, & valor patrie vitae aeternae aequivalens, non autem inducatur in Deo obligatio, & debitum tale premium conferendi, sed ad hoc sit necessaria alia superaddita promissio Dei de premio retribuendo, tanquam favore distinctus a favore adoptionis quia non obstante adoptionis favore possit adhuc opera adoptari accipere, tanquam plurimis aliis titulis sibi debita, absque ulla illorum operum remuneratione.

148. Sed replicat adhuc Serra q. 1. 1. dub. 2. opus non esse talem ordinationem superaddere sed sufficere eam solum, quae fit per communicationem principii operis meritorii, qualis est gratia non consumata collata virtutis huius enim collatio est ordinatio ad vitam aeternam, ut haereditatem quidem, quatenus est collatio gratiae absolute; ad premium vero, mercedem, & coronam, quatenus est collatio gratiae, ut principium merendi; & utraque ordinatio ad vitam aeternam cum municatur operibus bonis iustorum mediante gratia; sumpta quidem absolute gratia ordinat ad vitam aeternam, ut haereditatem reddendo opera digna; sumpta vero, ut est principium merendi, ordinat ad eandem, ut premium, opera ipsa iam per gratiam condignificata; & haec duae ordinationes ita se habent, ut licet secunda nequeat esse sine prima, haec tamen sine secunda esse potest, si Deus nempe pro suo beneficio vellet, ut gratia, quae alicui contigit filium suum adoptionis non esset principium meriti, sed eodem modo se haberet, quod gratiam quam habent animae iustorum in Purgatorio, vel in patria. Negatur assumptum cum probatione, quia haec duplex ordinatio in gratia inclusa, tam in ordine ad vitam aeternam per modum haereditatis, quam per modum praemii, & coronae non consistit nisi in designatione personae, & operum eius, ita nimirum, ut in eo ipso quod persona est gratia decorata, censetur digna beatitudine per modum haereditatis, & rursus eius opera digna eodem per modum praemii, & coronae; & in hoc sensu gratia dicitur esse principium meriti, hoc est, actus de se condignus ad gloriam quantum ad valorem; neque ulterius extenditur haec ordinatio, nempe ad indicandam obligationem, ac debitum ex parte Dei de premio retribuendo, sed ad hoc est necessaria alia promissio, & ordinatio superaddita immediate eadem super actum; adeo quod gratia dicitur principium meriti, quatenus communicat actui condignitatem, & valorem ad gloriam ut ad premium; haec vero promissio superaddita dicitur meritum complementum, quatenus dat eius proximum, & immediatum ad gloriam inducendum debitum, & obligationem in Deo de ea conferenda; Et defectu tantum promissionis huius gratia animae beatae in Patria dicitur consumata, quia opera eius quantumvis bona, & digna non sunt ordinata ad ulterius premium; gratia vero victoriosus collata dicitur non consumata, quia est ad premium ordinata; eum alioquin quoad operum dignitatem & valorem, tam dici possit principium meriti gratia comprehensionis, quam victoriosus quod si absolute non dicit principium merendi, hoc tantum event ex defectu promissionis superadditae, inducens in Deo obligationem de premio retribuendo, quae dicitur meritum complementum, non autem ex defectu alicuius ordinationis in gratia inclusa. Quod si Thomistae contendant secundam ordinationem, quam ipsi ponunt in gratia inclusam, quatenus est principium meriti, sufficienter inducere debitum, & obligationem ex parte retribuents; gratis concedendum est aliam promissionem superadditam esse superfluum; nihilominus ipsi quoque erunt in tertia sententia, quam nos defendimus, ad meritum completum, & ad adequatum sumpsum requiri Dei acceptationem & promissionem de premio conferendo, sive haec ordinatio sit in ipsa gratia inclusa, sive gratia superaddita, & quoad hoc punctum non erit, nisi quaestio de nomine.

QUESTIO QUINTA.

An Deus meritis premium reddat ex iustitia, & quomodo.

ARTICULUS PRIMUS.

Sensus quaestioni aperitur.

149. Scotus 4. disp. 46. q. 1. ubi hanc tractat quaestionem, notat dubitationem non moveri de iustitia large, & communiter sumpta, quomodo definitur ab Anselmo de veritate cap. 12. quod sit reddendo voluntatis propter se servata, & quomodo qualiter virtus mentis ipsam rectificans potest dici iustitia; quia certum

est in ipso Deo esse summam rectitudinem voluntatis propter se servatam in voluntate enim sua est rectitudo inobliquabilis, sicut in prima regula omnium agibilium, & hoc sive rectitudo in la habitualis dicit ipsam potentiam voluntatis divinae sive dicit aliquid distinctum formaliter a potentia voluntatis correspondens in Deo habitui accidentali, & superaddito potentiae in nobis, quo pacto dicitur Deus iustus, & recte agere, dum facit id, quod est suae bonitati conforme, & Deum non posse facere, nisi quod iustum est, & suae bonitati conveniens, in hoc inquam, sensu non movetur quaestio, quia hoc plane non sufficit ad determinandam, & designandam peculiarem virtutem, ex qua Deus retribuit premium pro merito, vel poenam pro demerito. Quaevis itaque est de iustitia specialiter sumpta, hoc est, pro ea virtute specialia, cuius munus est constituere equalitatem inter aliquos secundum debiti rationem; de qua loquitur Arist. 5. Ethic. & expressius definitur a Iuristis quod sit *constans, & perpetua voluntas ius suum unicuique tribuere*, quam definitionem late explicat Bellutus disp. 7. de Incom. q. 6. art. 1. in hoc autem sensu dicitur huius virtutis munus esse constituere equalitatem inter aliquos secundum debiti rationem; quia si ego v.g. habeam equum Petri, non esset inter nos aequalitas, sed inequalitas, quia in Petro esset actio, & ius adversum me, & in me esset debitum, quod est iuris correlativum, ad restituendum Petro equum, unde dum iustitia facit, ut ego restituam equum Petro vel aequivalentem, reddi inter nos equalitatem, & hoc significat *Ius suum unicuique tribuere*, id est, reddens unicuique quod suum est, ac illi debetur; quare eo plus, vel minus aliqua operatio accedit ad rigoram iustitiae normam, quo plus, aut minus equalitatem adimplet, ac debitum solvit; de quo fusius dicemus infra disp. 7. q. 8.

Subdit Doctor loco citato hanc iustitiam specialiter sumptam in commutativam ac distributivam dividi solere ponens duplicem equalitatis modum, & seriem; prima respicit equalitatem valoris rerum commutatarum, in mirum dicit, & accepti ut res quae datur tantum valeat, quantum illa, quae accipitur, unde hoc iustitia inniti dicitur equalitati arithmeticae, quia sic secundum equalitatem datur, & accepti ubi tamen advertendum est, quod licet equalitati arithmeticae datur inniti, non ideo hoc dicitur, quasi necessario attendere debeat exacta & metaphysicam equalitatem; sed sufficit, quod attingat moralis, nimirum iuxta diligentiam, quam prudenti estimatione postsumus adhibere, ut notat Bellut. cit. unde eiusdem rei plura praemia alicuius solent rigorosum, medium, & infirmum; Altera vero iustitia, nempe distributiva, innitit equalitati proportionis, non quantitas, & respicit equalitatem geometricam, quae versatur inter proportionem, non enim simpliciter attendit equalitatem datur, & accepti, sed naturam, & conditionem personarum considerat, ut qualis proportio est inter status, & conditiones duorum, talis sit inter praemia utriusque unde iuxta communem explanationem ex Arist. loco citato desumptam exerceret inter multos, seu ab uno in ordine ad multos in bonorum communium distributione, ut cum Princeps Republicae gradus in civis dicitur, maiorem conferat gradum maiori, vel digniori, & minore minor, seu minus digno; Utraque tandem dividitur in praemiativam, quae pro meritis reddit praemia, & punitivam, seu vindicativam, quae pro meritis reddit poenas, & communi nomine dicitur ab eodem Scoto 1. dist. 17. qu. 2. KK. retributiva; Ex quo dicitur patet quid sit obligatio ex iustitia; quando enim retinet quis rem supra quam alter ius habet, ac dominium, inequalitatem, & satisfactioni obligatus manet, quando illam retinet; unde obligatio est onus rem alienam restituendi, per rem alienam intelligendo omne id, quod potest esse obiectum vel materia iuris, & dominii. Hanc vero divisionem iustitiae latius examinabimus infra disp. 7. q. 8.

Deum in praemiano servare aliquo pacto modum utriusque iustitiae omnes concedere videtur id enim ex sacris Scripturis palam deduci videtur, de distributiva quidem ex illo Corinth. 9. *qui parces seminariis, parces & metes, & qui seminant in benedictionibus, de benedictionibus & metes, quibus verbis docemur*. Deum in praemii distributione equalitatem geometricam, quae est propria iustitiae distributivae, aliquo modo servare, ita: plus dedit ei, qui plus meruit, & minus minus, unde facilius, ac magis proprie in Deo admittunt Theologi iustitiam distributivam, quam commutativam. Hanc quoque nihilominus etiam aliquo pacto in Deo admittunt, quatenus in reddenda vita aeterna iustorum meritis aliquo etiam modo equalitatem, quasi arithmeticam servat, & quasi unius ad unum, siquidem iuxta mensuram laboris dat premium, vel coronam iuxta illud ad Roman. 2. *Reddet unicuique secundum opera eius*, & 1. Corinth. 3. *unusquisque mercedem accipiet secundum suum valorem*; sed hanc servare equalitatem ad iustitiam spectat commutativam, sicut quod quis aequale reddat stipendium operariis pro labore in sua vinea exhibito, ergo in remuneratione meritorum negari nequit.